

CUIUS SUPRA AD EPISCOPOS ITALIAE.

[H. 3] Dilectissimis fratribus per Italiae provincias¹ sanctis constitutis episcopis Sother papa. Divinis praeceptis et apostolicis monitis informamur^{2 3}, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro⁴ vigilemus effectu⁵, ac si quid usquam⁶ repraehensione⁷ invenitur obnoxium⁸, celeri⁹
 5 sollicitudine ab ignorantiae imperitia aut¹⁰ praesumptionis usurpatione revocemus. Sacratas deo feminas vel monachas sacra vasa vel sacratas pallas penes¹¹ vos contingere et incensum circa altaria deferre¹² perlatum¹³ est ad apostolicam sedem, quae omnia repraehensione et vituperatione plena esse nulli recte sapientium dubium est. Quapropter huius sanctae sedis auctoritate haec omnia vobis resecare¹⁴ funditus, quando^{15 16} citius
 10 poteritis, censemur et, ne pestis¹⁷ haec latius divulgetur^{18 19}, per omnes provincias abstergi citissime mandamus. Ait enim apostolus: Despondi²⁰ vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo²¹ ecclesia, sponsa unius viri Christi, quae nullo se patitur errore vel inhonesta

Quellen:

3-5: *Divinis - revocemus*, init. Leon. M. ep. 16. (1,715). Cf. Zeph. 10, Fab. 1, Iul. 11.

6f.: *Sacratas - deferre* sec. vit. Sot. c. 2. in libr. pontif.

10f.: et - mandamus, Leon. M. ep. 7. c. 2. (1,625) aut Ben. III. 54. Cf. Fab. 7, Luc. 8, Fel. I. pp. 18, Marc. 3, Anast. I. pp. ep. 1, Silverii ep., Bened. I. pp. ep.

12-15: Ait - integritas, Leon. M. ep. 80. c. 1. (1,1038).

Rezeption:

3-5: *Divinis - revocemus*: Anselm v. Lucca I,32; Deusdedit I,77.

3-15: *Divinis - integritas*: Coll. ans. ded. X,76.

6-10: *Sacratas - censemur*: Ivo, Decr. II,72.

6-11: *Sacratas - mandamus*: Ps.-Remedius c. 37; Burchard III,215; Sentenzen c. 245; Ivo, Decr. III,265; Polycarpus III,9,9 (6: *penes vos* fehlt; 7: *altaria - sedem*] *altare audivimus ferre*; 10: *poteritis* fehlt; 10: *censemur* fehlt 10: *per - provincias* fehlt); Gratian D. XXIII, c. 25.

¹ provintias sanctis *korr. aus* provintias O93

² *am Rande* docemur VD38

³ informamus I83

⁴ *am Rande* studioso VD38

⁵ affectu I83; VD38

⁶ *am Rande* in aliqua parte VD38

⁷ repraehensioni *korr. aus* repraehensione V630

⁸ *am Rande* dignum VD38

⁹ *am Rande* veloci VD38

¹⁰ et *korr. aus* ut V630

¹¹ *am Rande* apud VD38

¹² diferre N442

¹³ *am Rande* denunciatum VD38

¹⁴ *am Rande* abscidere VD38

¹⁵ quanto I83; VD38

¹⁶ quando citius] quantotius *korr. aus* quantotius O93; quantotius V630

¹⁷ *am Rande* repraehensionis

¹⁸ *am Rande* diffametur VD38

¹⁹ divulgetur *korr. aus* devulgetur V630; devulgetur V630

²⁰ Dispondi V630; I83

²¹ virgo *fehlt* I83

reprehensione vitiari, ut²² per totum mundum una nobis sit unius castae communionis²³
 15 integritas.
 Unde consurgite²⁴, carissimi, cum deo et assistite ei²⁵ induentes arma spiritus adversus
 malignantes contra fidem eius, et probetur spiritus sapienter, id est, verba illorum, si ex deo
 sunt. Scriptum est enim in Hieremia: Probatores dedi te in populo meo robustum, et scies
 et probabis viam eorum. Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti
 20 sapientiae²⁶ discretionis, quae occulta tenebrarum revelat²⁷, ad requisitionem huiusmodi rei et
 scrutationem²⁸, quoniam latet²⁹ quodammodo et absconditur vixque³⁰ comprahenditur dolosa
 existens malicia pro eo, quod sibi pietatem callide³¹ blandiat³², ut valeat scrutantium
 mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli,
 operarii subdoli³³, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quando³⁴ ipse
 25 satanas transfiguratur se velut angelus lucis, si ministri eius transfigurentur velut ministri
 iustitiae, quorum finis secundum opera eorum. Sed et dominus in hoc praemunens³⁵ ³⁶ nos
 ait: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem
 sunt³⁷ lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in³⁸ idipsum³⁹ ex toto cordo
 referentes ante⁴⁰ omnia super tali quaestione deprecationem et dicentes cum David: Revela
 30 oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua, lucerna pedibus meis verbum tuum,
 domine⁴¹, et lumen semitis meis. Quoniam ipsius est, sicut ait beatus Daniel propheta,
 sapientia et fortitudo eius sunt⁴², dat sapientiam⁴³ sapientibus⁴⁴ et scientiam intelligentibus

Quellen:

16-34: Unde - te sec. conc. Later. 649. secr. III. (Mansi 10, 955). Cf. Lib. ep. 1.

²² *am Rande* Quod femine sacratae nec va sacratae nec pallas contingere nec incensum circa altare ferre debeant
 VD38

²³ *am Rande* societatis VD38

²⁴ consurgite] consurgite fratres N442; I83; VD38

²⁵ ei *fehlt* V630

²⁶ sapientia VD38

²⁷ *am Rande* aperit VD38

²⁸ *am Rande* inquisitionem VD38

²⁹ *am Rande* celatur VD38

³⁰ *am Rande* tardius VD38

³¹ *am Rande* ingeniose VD38

³² blandiatur V630; I83; VD38

³³ *am Rande* callide fraudulentum VD38

³⁴ *interlinear* quoniam VD38

³⁵ *am Rande* antedocens VD38

³⁶ praemonens VD38

³⁷ sunt lupi *korr. aus* sunt O93

³⁸ *am Rande* pariter VD38

³⁹ idsum O93; N442

⁴⁰ ante omnia] omnem VD38

⁴¹ domine *fehlt* V630

⁴² sunt *fehlt* VD38

⁴³ sapientia VD38

⁴⁴ sapientibus V630

disciplinam. Ipse revelat⁴⁵ profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est, quia sapientiam et fortitudinem⁴⁶ dedisti mihi et ostendisti mihi, quae rogavi te.

35 Data Kal. Iunii Cetico et Clero cc. consulibus.

Quellen:

35: Nota cons. des. e vit. Sot. c. 1. in libr. pontif.

⁴⁵ velat *O93*; revelat] revelat et *VD38*

⁴⁶ fortitudinem *I83*